



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

In Festo S. Stephani. Stephanus plenus Gratia & fortitudine, &c. Injuriam
infert gratiæ maximam, qui pro ferenda injuria non certat fortiter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

IN FESTO S. STEPHANI. PROTOMARTYRIS.

Stephanus plenus Gratia & Fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Act. 6.

VERITAS PRACTICA.
Injuriam infert Gratiae maximam, qui pro ferenda injuria non certat fortiter.

RATIO EST. Quia idcirco quis in ferenda injuria seu in aliis quibuscumque adversis, non certat fortiter, vel quod non posset se posse vincere etiam cum gratia, vel quod nolit hunc certandi laborem suscipere.
Sed utrumque est valde injuriosum Gratiae.
Ergo illi injuriam facit maximam, qui non sic fortiter in adversis certat; sicut sanctus Stephanus Protomartyr.

I. PUNCTUM,

VIdenda sunt quae de sancto Stephano habentur in Actis Apostolorum, capite sexto & septimo. Tum notandum triplex Gratiae & Fortitudinis actus, quem exercet. Primus est, loquendo magnifice de Domino Iesu, coram Iudeis qui gravibus intentatis minis vetuerant ne ullus sermo palam de hoc nomine haberetur, quique non aliter ac blasphemias accipiebant, quidquid de Iesu diceretur. Homo iste, inquietabat, non cessat loqui verba, aduersus locum sanctum, & legem.

Secundus est, quod cum videret perfidos illos eò vehementius sibi oblistere, quod apertius illis veritatem demonstrabat, tum acriter in eos invectus: Duracervice & incircumcisissimis cordibus & auribus, vos semper Spiritum sancto resistite, sicut Patres vestri, ita & vos.

Terminus denique, cum intendens in cœlum vidisset gloriam Dei, & dixisset: Ecce video cœlos apertos & Filium hominis stantem à dextris Dei: Tunc Iudei exclamantes, impetum sequerunt unanimitate in eum, & ejientes extra civitatem, Lapidabant. At vero ille libentissime & generosissime primus pro Christo mortem subiit, cùmque saxonum crepitantium

turbine quateretur, Domine Iesu, inquietabat, suscipe spiritum meum. Domine, ne statuas illius hoc peccatum.

Hoc est esse fidelem; hoc est plenum esse gratia & fortitudine; hoc est maximè honorare Gratiam, quando sic fortitudo quam confit, non separatur à Gratia, sed simul fideliter exerceatur. E contraria vero: Injuriam facit Gratiae maximam, qui sic fortiter in adversis non pugnat.

Hæc est Veritas modo expendenda, prout declaratur; Nempe idcirco quis in adversis non pugnat, vel quod non posset se satis fortitudinem ad illa pervincenda, vel quod nolit laborem suscipere qui necessarius esset ad certandum & vincendum. Vix est aliud quod præter illa duo cogitari possit; atque illorum etiam alterutrum necessario profundendum est, si non decertas fortiter. Dic enim quare cedisti? nonne dices quia nimis te premunt adversa, nec te patrem illis putassaut si convinceris te posse cum gratia: posse quidem non negabis, sed d. scilicet his esse affiles quam ut labore illum suscipias. Nequaquam ad hunc populum valemus *Num. 13.* ascendere, quia fortior nobis est. Sic illi negabant se posse, qui solebant pugnare pro terra promissa possidenda. Ah quoties sic certamen detrectasti? Qui vicerit, possidebit hanc: *& ergo Apoc. 21.* illi Deus, & ille erat mibi filius. Timidis autem & incredulis, pars illorum erit in stagno ardenti.

II. PUNCTUM.

Sed utrumque illud validè est injuriosum Gratiae.

Primum quidem si dicas te non posse perinde est ac dicere non esse satis potentem gratiam, non esse satis potentem Deum, aut non satis fideliter qui promisit plusquam potest dare. Quod quis non videt esse injuriosum, & blasphem-



Iosue. I. p̄hemū? Cum enim Deus tories promiserit se tibi affutum, n̄ eque timendum esse dum tibi adfuerit. Si quid dubitas, nonne de eius fideliitate aut de potentia dubitas? quasi nōl: quod dixit, aut quasi non possit quod velit? *Noli me tuere*, inquit Deus, & n̄ l timere, quoniam tecum est Dominus tuus in omnibus ad quacunq; perrexeris. Quæ licet Iosue referatur dicta, tamen ad nos omnes ipectare, scribit Apostolus, cum ex illis verbis sic ad fiduciam nos exhortatur. Ipse enim dixit, non te deseram neque dereliqueram, ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

E' certè n̄ ex nobis, sine gratia, nihil possemus, jubeamur autem perpetuum inre certamen cum hostibus, qua tandem ratione, & quibus armis vinceremus, nisi gratia: aut n̄l gratia satis esset potens ad vincendum? *Infaelix ego homo*, ait Apostolus, quis me liberabit de corpore mortis huius? Responder idem: *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*. Tu vero id negabis, & non putabis injuriam facere Gratia? Imo est illa contumelia de qua idem Apostolus: *Qui Filium Dei concuicaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & SPIRITUS GRATIAE CONTUMELLAM FECERIT*. Expavesce.

Alterum vero non est illi minus injuriosum cū scilicet possis eius auxilio vincere si decertes; n̄l tamen certare ne nimis labores. Hoc est enim sibi nimis indulgere, hoc est manifestè naturam depravatam præferre gratiæ. Corpus animo, appetitum rationi, terram cœlo, voluntatem eternæ beatitudini. Nam nisi quis legitime certaverit, non coronabitur. Qui non vult coronari, cœlum ac Deum spernit; Qui non vult certare, non vult coronari. O probrum! O infamiam! Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebidis? Nulli dubium est quin peccatis in Deum, & scitote, quoniam peccatum vestrum apprehenderet vos.

2.Tim.1. III. PL N C T U M.
Num.32. *Injuriam igitur facit Gratia maximam; qui fortiter in injuriis & adversis non certat; Cū aduerso non certet, quia non potest se fatis fortificum Gratia, ut possit vincere; aut ipsam Gratiam non satis dignam judicit, pro qua conservanda pugnet, & in pugnando laboret. Quid utrumque est Gratia valde injuriosum. Extendi manum meam, inquit, & non fuit qui afficeret. Extendit nempe manum cum*

indicat aliquid esse faciendum, & patientium, cum ad id exhortatur & confortat, cum nos propterea erigit & stimular, quoties denique nos velut manuduci quod tendimus. Sed quam pauci & rari sunt qui ad motum Gratiae moveantur! Non fuit, inquit, qui afficeret, qui attenderet ad illos gratia motus, ut eos sequeretur: unde sic pergit in alia sapientia seu divina gratia: *Despexit omne consilium meum, & increpatores meas negligit*. Ego quoque in interitu vestro ridebo vos, & abscondabo, cum vobis id quod timebatis, & veneris: Quasi diceret, quando in extremum agonem & mortendum illud certamen vitæ ac mortis deveneritis, tunc me meaque opera maxime vos indigere significabit, tunc me invocabitis, & impense deprecabimini: sed frustra, quia sicut me pararam ad certamen pro vobis incedundum deseruistis, sic vos iam certare paratos deseriri convenient. Quod certè est expavescendum, tibi præcipue qui tam mollis es in certando.

Quamobrem audiendus attente Apostolus **Hebr.12.** *Deponentes, inquit, omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: afficientes in Authorum fidei & Consummatorem Iesum. Vide ut circumstans nos peccatum vocet Concupiscentiam, quæ cum triplex sit, ut heri diximus, una bonorum temporalium, & alia delectabilium, & alia honorum mundi: adverte diligenter nos ab illa triplex concupiscentia retardau ad certandum in adversis. Ac proinde ut oblitias contraria, fortiterque decertes: Aspiccio Authorem fidei & Consummatorem Iesum. Aspice illum pauperrim in præsepi, contra tentationem concupiscentie temporalis. Aspice illum patientem in cruce, contra delectabilia. Aspice illum denique gloriose regnante in cœlo, contra Mundii vanitates. Dic blandientibus bonis, aut deterrentibus malis: Vide cœlos apertos & Iesum stantem à dextris Dei, Qui in hiis meliora preparat, si hec terrena despicio. M. tum quantum ille asperitus Domini Iesu in Præsepi, seu in Cruce, seu in Cœlo valeat an certandum & vincendum contra triplex illam concupiscentiam. Inimicus hominis domestici eius. Ego autem ad Dominum aspiciam, ait Propheta. Vidi Gen.32. Deum, & salutis facta est anima mea. Adhuc visio in dies.* **Micah 7.** **Gen.32.** **D& 410.**

Vide in Indicibus Verbo, *Gratia, Fortitudo, Timiditas.*

